



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Anna matre domini nostre. Cap[itulum]. cxxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse iulij occurrētibus Fo. clxxij.

De sanctis Nemesio et Lucilla
martyribus. Cap. cxxvii.



Nemesius

Lucilla filia eius virgo passi sunt in vrbē sub imperatoribus valeriano et galieno. Eū enim nemesius tribunus esset militū et lucillam filiā cecam a natiuitate haberet: audies qualiter sanctus stephanus papa in xpi nomine oēs egros curaret: accessit ad eū sacrificantem in crypta nepotiana: et filiā eius ad ipsum detulit: rogās ut se ac filiam baptizaret: ipsamque lumen aspiciere faceret: quos ubi beatus stephanus baptizauit: lucilla virgo lumine recepit: seq̄ virū quēdam mirabilem conspexisse in baptisate dicit: qui eius oculos illuminauit. Eodē die viso miraculo baptizatus est symphronius dispensatur nemesij cū omni familia ipsius: pmiscuit sexus numero. Itē. Nemesius q̄ a bro papa stephano diaconus ordinatus est. Quod audieres valerianus et martinus consules iusserunt nemesiū teneri. Cum autē die quadā pdicti duo cōsules in templo martis via apia sacrificaret: et nemesius illac transiens orationē faceret: martinus a demonio arripitur: et clamare cepit: q̄ a nemesio torqueret: et cū ministri egressi nemesiū tenuissent martinus cōsul cōtinuo expirauit. Valerianus autē consul nemesiū in carcere trudi fecit. Lucilla vero filiā eius apud quadā paganā nomine martinā i custodia deputauit: deinde symphronium eius dispensatorē tenuit: tradiditq̄ eum olympio tribuno examinandū. Eum autem ad predicationē symphronij olympi credidisset: et cū vrbē et uerba ac filio theodoro a scro papa stephano baptizati fuissent: ut dicitur infra in eorū passione. Audieres hec imperatores miserunt ad valerianū consulē: et fecerunt sibi nemesium et lucillam filiā eius presentari: et cum ambo in christi nominis cōfessione persisteret. Lucillam quidē in via apia ante templū martis spectāte patre iugulari iusserūt: deinde inter viam apiam et latinam nemesium diaconem capite truncari fecerunt. Quorum corpora sanctus stephanus papa via latina nō longe ab vrbē sepeleuit. viij. kalen. augusti.

De translatione sancti Germani. Cap. cxxviii.



Translatio corporis

sancti germani episcopi parisiensis. ab icolis eiusdem ciuitatis. viij. kal. augusti celebrata: cuius reliquijs dñs tantā gratiā cōtulit: ut in eius translatione corporis earū tractu. cecis visus: surdis audiri: claudis gressum pberet: multosq̄ lāguoribus varijs detent

tos sanos efficeret: et obsecros ab immūdis spiritibus liberaret.

De sancta Anna matre domine
nostre. Cap. cxxix.



Anna mater gloriose

virginis marie: et in hystorijs tribus israel habet: de tribu iuda ciuitate bethleem orta est: virginitatis eius iocachim ex eadē tribu de galilea ciuitate nazareth origine dicit. Nec tribus viris successiue nupta fuit: quorū primus fuit iocachim: secundus cleophas eiusdē iocachim frater qui eā masculina sobole carentē fm legē mortuo germano in cōiugem assumpsit: ut semē fratris suscitaret. Tertius autē exstitit salome duorum priorū omnino extraneus. Et primo autē viro anna gloriosam virginē mariā genuit: que ioseph desponsata: non tamē in cōcupiscentia iūcta: xpm per spiritū sanctum precreauit. Et secundo altā filiāz mariā nomine similiter peperit: que nupta alpheo quattuor filios edidit: videlicet iacobum minore apostolū: ioseph iustū: et simonē et iudā. Et tertio autē viro tertiā filiāz mariā etiam nominatā precreauit: que nupta zebedeo duos filios parturuit: scilicet iacobum maiore apostolum: et iohannē euangelistā. Ipsa quoque beata āna ante tertiū mariti obitū in pace quiescit. Et sepulta est in bethleem in tumulo paterno viij. kalen. augusti: ut tradit hieronymus.

De sancto Iocachim patre dñe. Cap. cclj.



Iocachim pater

ter dñe nostre fili: barbāthere: et mariti sancte anne de tribu iuda et puincia galilee ciuitate nazareth dicit origine. Qui cū in bonis rpalibus abundaret ab ānis. xv. deo seruire cepit: et de facultatibus suis pauperib⁹ et peregrinis atq̄ templo dñi et eius ministris largisue ministrabat. Et cū esset annorū triginta duxit in cōiugem annā filiā agar de tribu sua et ciuitate bethleem: et qua vsq̄ ad annos. xx. nullā prolem suscepit. Diuina tamē dispositione mariā genitricem christi futurā ex ipsa filiāz procreauit: ut dicitur plene in natiuitate virginis. vi. idus septēbris. Postq̄ autē eandē virginem ad templum adduxit: et dei ibidē seruitio iuxta vorum mācipauit: et ipse iocachim domū rediēs modico tēpore supuist: et plenus virtutibus in pace cū patribus suis dormiuit. Sepultus in nazareth in sepulchro patrū suorū. Quo autē die miser grauerit reperiri nō potest. Ideo et eius gesta festo anne ipsius cōiugis adiunguntur.

De sancto Pastore presbytero et
confessore. Cap. ccli.

¶ iiii